

ficationem exponenda.

Cap. Porro, de privilegijs.

Privilegia contra ius non esse late interpretanda.

Bulla pro Quaterone eadem qua pro Hispano.

Specialis difficultas de dimidiato fructu Bullæ.

Negatur ille in casu, de quo agitur.

Dubium aliud de duplici di-

mus, de privilegijs. Et quæcumque illa sint, strictè interpretanda, habetur in Cap. 1. cum sequenti, de filiis Presbyterorum. Cap. Ex tunc de vſu Pallij. Cap. Quamuis, de reſcriptis. Pro quo videri poteſt Marius Antoninus Lib. 1. Variarum Reſolut. 11. numer. 6. Verba Capituli Porro non prætermittenda: ſic enim ibi Pontifex: Quod totum ex inſpectione privilegiorum plenius advertere potes, & ſecundum quod inueneris, ita obſerues. Sic enim eos volumus privilegiorum ſuorum ſeruare tenorem, quod eorum metas transgredi minimè videantur. Sic ibi. Item, Beneficium Principis late interpretandum eſt, vt plures Textus & Doctores firmant: id tamen intelligendum quando eſt præter ius, non verò ſi contra illud: tunc enim ſtrictè interpretandum eſſe communiſſima ſententia tenet; quam ſequitur P. Thomas Sancius Lib. 8. de Matrimonio Diſputat. 1. num. 4. vbi complures adducit, & mirum valde eſt P. Quintanam Singulari. 7. citato. num. 8. ad fundandam ſententiam illam, pro qua militat vt probabilem euincat, P. Sancium afferre loco citato; qualiſi abſolutè ſtatuat beneficium Principis non eſſe ſtrictè interpretandum. Licet ibi id aſſeret de beneficio præter ius; oppoſitum tamen affirmans & probans de beneficio contra ius. Nam in caſu noſtro privilegium non eſt præter ius, ſed contra illud, vt eſt manifeſtum, quandoquidem iuxta ius commune eſt obſeruantia Feſtorum & ieiuniorum, Matrimonij impedimenta, & alia, de quibus inferius.

251 Vt ergo quod ad præſentem cauſam ſpectat concludamus, pro Quaterone, & vtrà, Bullam ſumens, eleemoſynam pro Hispanis designatam debet contribuere, quia abſolutè Hispani ſunt, vt bene obſeruat Card. Lugo ſupra. n. 5. vnde ad munia omnia & officia admittuntur, que conferri Hispanis conſueuerunt: quod eſt aliud pro ſententiâ nuper poſitâ argumentum. Quod ſi aliquis probabilem iudicans oppoſitam, taxam minorem offerat, periculo ſe fruſtrandi piam contributionem exponit. Vbi dubitari poteſt an talis Bulla ſaltem dimidiatè proficiat. E. g. Sit anima per meſem in Purgatorio futura, iuxta id, quod eius peccata merentur; ſi offeratur ſuffragium Bullæ, pro qua taxa eleemoſynæ designata, integrè reddita eſt, ſtatim inde emergens ad Sedes beatas aſcendet. Si ergo ex falſâ opinione taxa minor offeratur, exhibitæ poſt dimidiû meſem, an verò Bulla nihil ei ad remiſſionem poenæ deſeruiet? Et quòd dimidiatus Bullæ fructus eſſe poſſit, ex doctrinâ colligitur, quam habet P. Mendus ſupra. Cap. 1. num. 2. vbi ait poſſe Bullam ſumi pro pluribus, vel pro omnibus animabus, vt inter eas fructus Indulgentiæ, qui ad vnam liberandâ ſufficeret, diuidatur. Sed contrariû videtur certius: quia fructus diuidi poteſt quâdo pro Bullâ exhibita eſt eleemoſyna designata: quâdo autem non exhibetur, deficit conditio omnino requiſita ſine vllâ limitatione. Quemadmodum in Bullâ pro viujs, ſi quis tribuat eleemoſynam pro pauperibus assignatam, cum tamen pauper non ſit, nullum poteſt ex eâ fructum reportare, neque dimidiatum, neque partialem, quia conditio requiſita deficit.

252 Sed quid ſi ex falſâ opinione duplex Bulla pro eodem defuncto ſumatur, iuxta con-

ceſſionem Gregorij XIII. cum antea vna tantum ſumi quotannis poſſet: an duplex illa pro vna ſufficiet, cum ex vtraque taxa maior integretur? Reſpondeo idem prorsus dicendum, quia Bullæ illæ non ſumuntur per modum vnus, ſed vt duæ, & pro qualibet taxa debet designata conferri, quod tamen non ſit. Melius ergo faciet, qui vnam tantum Bullam ſumet, taxam maiorem tribuens, in quo dubium eſſe poteſt nullum, quàm duas; opinionem minimè tutam amplectus. Quam etiam ſi valdè probabilem dicamus, dubia tamen eſt; & ſi falſa, ſuffragij multiplicati fructus erit nullus, niſi communis eleemoſynæ, ſi fortè habeat rationem talis.

253 Sed circa præcipuam reſolutionem videtur eſſe difficultas in prole ancillæ. Nam ſicut Quatero ex Hispano & Meſtiziâ Hispani eſt, ita & ex Hispano & Mulatâ Hispani & Æthiopiſſæ filia. Si autem talis Mulata ſerua ſit, quia ſerua filia, illius filius ſimiliter erit ſeruus, quia pariter ſequitur ventrem. Ex quo fiet Hispanum eſſe Hispani ſeruum; quod videtur abſurdum, & à communi loquendi vſu penitus abhorre. Si autem hic Hispanus non eſt, corrui fundamentum de exceſſu in mixtione, de quo. num. 249. & idem argumentum fieri poteſt de filio Hispani, & Meſtiziæ captiue, quæ ſcilicet filia ſit captiue Indæ, quales Chilenæ ſunt bello captæ. Ad quam difficultatem dici poteſt, Primò ratione ſtatûs ſeruiliſſimum prædictum non reputari Hispanum, ſed inter gregem illum inſimum numerari, quia communis exitimatio ita habet. Neque id mirum, cum iuxta ius commune ſerui habeantur pro nullis L. Quod attinet, Inſtit. de regulis iuris. vbi ſic dicitur: quod attinet ad ius civile, ſerui pro nullis habentur: non tamen ex iure naturali: quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt. Sic ibi. L. Seruitutem. Inſtit. eadem ſic dicitur: Seruitutem mortalitatis ſerè comparamus. Secundò dici poteſt ſeruum dici poſſe Hispanum abſolutè, quod neceſſariò fatendum eſt in quarta, quinta, & vterioribus generationibus, ſi quis ſerua filius reperiatur, vt reperiri poteſt. Neque eſt vlla repugnantia in eo quòd Hispanus ſit ſeruus ratione mixturæ alicuius, cuius oppoſitum minimè probatur: quidquid de iure ciuili dictum ſit: cum iuxta illud in generationibus ius naturale etiam attendatur, & ita ratio etiam debet attendi mixturæ, licet quoad iura & actiones ſerui pro nullis reputentur. Pro quo hæc ſufficiat delibate.

APPENDIX.

An Religioſis liceat vſus Bullæ Cruciatæ.

Vbi præſertim de electione Confeſſarij.

S. I.

Vſum eſſe quoad aliqua licitum. Et qualis debeat modus in eleemoſyna contributione ſeruari.

254 PRimum ex propoſitis eſt indubitatum, nam in Bullâ ipſâ id habetur expreſſum, dum

mediam eleemoſynam integrante vnam.

Aliud circa ſuum Mulatâ ſerua.

L. Quod attinet. Inſtit. de regulis iuris.

L. Seruitutem. Ibid.

Hispanus quomodo eſſe Hispani ſeruus queat.

Religioſis licere vſum Bullæ.

etiam, ſax bonis ſuis non contri- buant.

Circa meretricis quid certius.

Omnino verofimilis reſolutio

Religioſis nec licita nec valida Bulla ſumptio ſine Prælati licentia.

dum Regulates datâ eleemoſynâ ad illius participationem admittuntur. Videtur autem circa hoc aliquis eſſe difficultas ex tenore ipſius Bullæ: dicitur enim in illâ eleemoſynam debere tribui ex proprijs bonis, De bonis ſuis. Vnde Scriptores communiter obſeruant ex bonis furtiuis non poſſe fieri, quia propria non ſunt. Atqui Religioſi propria non habent bona: non ergo videntur gratiâ iſtâ poſſe frui. Verum hoc obſtare nequit, quandoquidem de Pontificis mente conſtat. Et ita cum dicitur de bonis ſuis, ita exponendum eſt, vt bona malè acquiſita tantum excludantur, vel quæ aliena ſunt ſine liberi vſus facultate: id quod magis explicatur in eadem Bullâ, dum dicitur Ex bonis ſibi à Deo collatis. Quod enim Religioſo conferitur à potente conferri, & Religioſe admittitur, à Deo collatum dici debet. Quod tamen dici nequit de bonis meretricum, & aliorum per turpem quæſtum habitorum, & idè ex illis non poſſe Bullam ſumi tenent Acoſta, Vega, & Nugnus apud P. Mendum Diſputat. 4. num. 4. licet ipſe contrarium cenſeat ibidem cum Emmanuele Roderico in Additionibus ad ſ. 1. circa num. 15. Quod & tenent Cardinalis Lugo de Penitentiâ Diſput. 27. num. 87. 6. Vnde obiter. Diana Parte 1. Tract. 11. Reſolut. 101. Trullench Lib. 1. ſ. 3. Dub. 1. num. 10. & alij communiter: quod mihi non videtur abſolutè iuxta mentem Pontificum ob prædicta verba. Si enim illa ſpecialiter aliquem reſpectum ad turpem acquiſitionem non habent, quid neceſſè erat nouo eo vt loquendi modo, cum in præcedentibus vſus verborum illorum extet, De ſuis bonis? & ex ſeruo indecentiam videtur habere, vt meretrix in ſtatu eo infami exiſtens, propter quem in Dei & hominum oculis abominabilis eſt, ex turpi quæſtu ab Eccleſiâ beneficium accipiat circa relaxationem ieiunij: vnde & pro alijs ſimiliter pronuntiandum. Poſteſt autem id verofimiliter admitti, quando meretrix ex cenſo illo ſtatu conatur emergere, & ſic commodis ſpiritualibus Bullæ frui: ex tunc enim bona meretrici acquiſita commercio poſſunt dici à Deo donari vt media reparationis eius, cum velit eiſdem vti piè & Chriſtiane: & ſicut poſſet eleemoſynam præbere pro ſatisfactione peccatorum, ita & pro Cruciatæ fine, vt ſic ſatisfactionem plenioriſſimè aſſequatur. Sed ſeruo de vitæ emendatione agentem expediet viam tutiorem ſequi, & ex bonis ritè acquiſitis Bullam ſumere, quod valde facile eſſe poterit, cum adeo ſit contributio moderata. Vnde magis inueroſimile eſt, quod aliqui dicunt apud D. Machadam Tomo 1. pag. 19. col. 1. ex furtiuis poſſe Bullam ſumi.

255 Sed illud quæſtionem pulſat, quid à Religioſis faciendum vt eleemoſyna pro Bullæ confeſſione validè & licitè fieri poſſit: an ſcilicet Prælati licentia neceſſaria ſit, an ſufficiat petita, & non obtenta, vel vtroque deficiente validè receptio ſit: non quidem furtiue aliquid ex bonis conuentus accipiendo, ſed ab amico, aut alio liberaliter tribuente. Ad quod reſpondeo neque licitam, neque validam eſſe ſuſceptionem Bullæ contra Prælati expreſſam aut tacitam voluntatem, niſi ille iniuſtè neget. Sic Auctores, quos adducit P. Mendus ſupra num. 17. quos & ipſe ſequitur num. ſeq. quidquid dicat Trullench

ſupra num. 11. validam receptionem affirmans ſibi quæ contrarius quoad hoc vltimum: cum ſ. 1. Dub. 7. num. 3. dicat poſſe ſine licentiâ eam ſumi, & in hoc conuenire Doctores, quia in Bullâ ipſâ conceditur: quod eſt à veritate alienum. Vnde nec audiendus Iuniparus à Drepano 1. parte Secundæ Diſputationis, Queſt. 5. Cap. 3. num. 3. idem tenens. Et ratio eſt: quia Pontifex non intendit ſubordinationem debitam in Religioſis immitti, quam tantopere iniuiolabilem deſiderat, vt ex varijs decretis circa reformationem elucet: ex nullâ enim Bullâ clauſulâ id poſſe colligi, ſed potiùs oppoſitum: nam de Religioſis ad exercitum pro exercendis Eccleſiaſticis miniſterijs, ituris, ait debere id fieri cum licentiâ Prælatorum: ergo cum eadem ratio paupertatis ſit, quæ & obedienciæ, id etiam circa eleemoſynam affirmandum. Et quemadmodum qui contra voluntatem Prælati in exercitum iret, non gauderet beneficio Bullæ, ita & qui eam ſine licentiâ Prælati ſumit. Præterea, ad finem Bullæ non eſt neceſſarium ſine licentiâ Prælatorum procedi: ergo incredibile eſt eandem abrogatam. Antecedens conſtat: nam Prælati nequit licentiam negare, niſi ob iuſtam cauſam: ſi verò cauſa talis ſit, non eſt iuxta Pontificis mentem talis beneficii conſeſſio: pro quo citari. Vix autem apparet ratio, propter quam Prælati illam negare ſine graui peccato poſſit: quod & citari agnoſcunt, & Iuniparus. Queſt. 1. num. 5. Nihilominus eſſe illa poſſe, ſi quis à Prælato licentiam petat, & pariter pecuniâ ex bonis Monafterij, ſitque illud valde egens, vt vix ad victum neceſſaria ſuppertant; tunc enim iuſtè negare poteſt; ſed non abſolutè, vt ſcilicet à nullo petere poſſit aut oblatam accipere: hoc enim eſt contra Pontificis mentem. Cum enim velit Religioſos Bullâ frui, ſciatque eos in particulari bona propria non habere; eo ipſo voluntatis ſuæ eſſe offendit, vt ſeruatâ regulari diſciplinâ modis conuenientibus eleemoſynam pro illâ erogandam exquirant. Si autem Monafterium abundans ſit, vnde & Prælati externis frequentes eleemoſynas largiuntur, videntur peccare grauius, ſi ſubdito perenti eleemoſynam pro Bullâ negant: quia in eleemoſynis Religioſi ipſi ſunt externis præferendi, & iſta ſatis exigua eſt; cum alias in ordine ab bonum ſpirituale magni momenti ſit. Negatur ergo iniuſtè, & ſic pro conceſſâ habenda: vnde poterit Religioſus elam id ſibi ex pecuniâ aut bonis alijs domus aſſumere, ex quo Bullam confeſſatur.

256 Poſteſt etiam caſus alius occurrere, propter quem videri poſſit licentiam concedere non teneri Prælatum, ſi videlicet intelligat Bullæ vſum apud ſuos vigere in ordine ad electionem Confeſſarij pro referuatis. Cum enim Pontifices talem vſum illicitum proteſtentur, de quo poſteâ, videtur rectè etiam poſſe à Prælatiſ remoueri: & ita etiam id fieri, quod ad prædictum remotionis finem pro tempore neceſſarium iudicant. Et hoc quidem ego abſolutè loquendo certum iudico, quia id non eſt vſum, ſed abuſum Bullæ tollere, iuxta Pontificum voluntatem. Eſt autem difficilis executio, quia notitia abuſus iſtius non poſſet haberi niſi ex Confeſſione: quæ tamen notitiâ vt Prælati nequit, non ſolum quando ipſe Confeſſionem audiuit, ſed

Pontificis mens vnde conſider.

Sua cauſa eſſe iuſta poſſe negandi illam.

Quid iuſtè negatur.

Cauſa licite negatio nis proponitur, pro quo reſolutio notans da.



quomodocumque ad eum detenerit, eò quòd generaliter prohibeatur. Deinde. Negatio nullus effectus erit: licentia enim iniuste negata censetur, & ita ad Bullam sumptionem procedetur. Præterquam quod in Communitate Religiosa plures sunt, qui Religiosè viuunt, & reseruat non committant; vel si quidquam huiusmodi humanitus acciderit, ad certa remedia confugiunt. Hi autem propter paucorum abusum, qui, si Bullam sibi prodesse non posse existiment, alias exoneranda conscientia priuari; cum eorum conditio non debeat esse peior, quam sæcularium potentium illo gaudere, nec sit æquum aliorum odio prægruari, vt est regula satis nota iuris in 6. Circa tacitam autem licentiam, aut illius negationes, communes regulæ obseruanda sunt, quas Doctores tradunt de voris obedientia & paupertatis agentes, & de Ministro Confessionis, aliisque, & res tota ex circumstantiis pendet prudenter expendendis.

De quodâ privilegio ad eleemosynam pecuniariam cum Oratoribus commutandam, & Missis.

Non habere vim multipliciter ostenditur.

Indulgentia an reuocata reuocatione Oraculo.

Oraculi reuocata non sit talis concessio; quatenus tamen Indulgentia est, à Paulo V. reuocata non videtur posse dubitari, dum Indulgentias Religiosorum ad paucas reduxit, de quo etiam inferius.

258 Circa Nouitios communis resolutio est posse illos vt Bullâ, etiam renitente Prælato, pro quâ aliquos adducit P. Mendus supra n. 21. & Trullench Lib. 1. §. 1. Dub. 7. num. 1. eisdem secuti, ex communi doctrinâ, circa quam Nouitij gaudent Religionis priuilegijs, vt adducti ponderant. Sed certè doctrina illa necessaria non est absolute loquendo, quia ad gaudendum priuilegio illius non est necessarium priuilegium nouum, gratia, aut communicatio in illâ, cum tale beneficium sit commune omnibus fidelibus in regnis, pro quibus Bulla conceditur. Potest autem prædicta deseruire doctrina in ordine ad taxam eleemosynarum; non enim tenentur maiorem tribuere, quàm à Religiosis communiter postulantur. Quoad receptionem autem renitente Prælato, doctrina alia communis suffragatur iuxta quam Nouitij non tenentur ad onera, censuras, præcepta & alia, quæ odiosa reputantur: quod & adducti expendunt in proposito: & eorum plures in ordine ad electionem Confessarij pro reseruatâ licentiam non esse necessariam affirmant, quia onus est, & quidem grauissimum Religionis. Sed de hoc inferius. Videtur autem esse aliqua difficultas in eo quòd Nouitius gaudeat fauore Religionis in ordine ad Eleemosynam, & non debeat onus licentia petendæ sentire; vbi de absolute reseruatâ non loquimur: nam vt est regula §. iuris in 6. Qui sentit onus, sentire debet commodum. Et est contra. Verum hæc regula in Nouitijs fallit, sicut in alijs, de quibus Glossa ibi scilicet ratione ætatis, personæ, & naturæ contractuum, quorum explicationem & exempla ibidem videntur. Dicendum item Nouitium, etsi sentiat commodum, non esse ab oneribus immunem, cum pondus obseruantia Religiosæ sustineat: quòd autem onera quædam non sentiat, id non debet esse mirum, quia etiam commodis alijs caret, quibus Professio tiuntur, in habitu, tractatione, honoribus, liberiori agendi ratione, aliisque.

Nouitius licentiâ non egeret & taxâ professorum frui posse.

Instantia vt sit licentia necessaria necessaria sit.

§. II.

Quoad Ieiunia quid Religiosis licent per Bullam.

259 Id tantum licet, vt sexagenarij possint ouis & lacticijs vt. Vbi primò inquiri potest an ad hoc sit opus Bullâ? Et videtur non esse: nam sexagenarij est licitus carnis usus, vt ex Peromato adducit Benedictus Remigius in Practica Parochorum & Confessariorum pag. 220. qui & pag. 221. id non omnino improbabile putat, ex ratione ipsius Peromati, quia scilicet sunt malè sanis viciniore: & viro in suâ arte doctissimo credendum est. Quod & roborare ex eo possumus, quia annus sexagesimus tertius est climactericus, & in quo frequentius solet vita periclitari: ergo sexagenarij sunt viciniore malè sanis, siue proximi periculo amittendæ salutis, & ita carnis

Sexagenarij possunt carnis usus in diebus ieiunij, quod quædam probent.

vti possunt, sicut alij, qui simili periculo obnoxij comperiuntur. Præterea, communis opinio sexagenarios ab onere ieiunij releuat; atqui eadem ratio subesse videtur ad releuandum eisdem ab obligatione abstinentiæ à carnibus: nam propterea prior illa obligatio cessat, quia natura in statu debilitatis existit, & ita opus habet per frequentem cibi sumptionem roborari: cum ergo caro ad effectum huiusmodi accommodatior sit; & ad infirmitatem propullationem opportunior, videtur clarè conuinci eandem pro illâ rationem suffragari. Item: quidquid præter carnem sexagenarij comedere possunt; alimentum pro illis conueniens non est, vt facile ostendi potest. Legumina debilioris virtutis sunt: pisces phlegmatici humorem nutriunt, quo senes abundant: lacticia conditionis sunt non sanæ, & ita infirmis prohibentur: oua, etsi recentia congruum alimentum sint, non recentia tamen satis incongruum: est autem difficile recentia semper præmanibus habere: quòd si alicui obuium, ex eo non debet argumentum sumi, sed ex eo quod frequentius accidit. L. Nam ad ea. D. de Legibus: carnes autem satis obuiæ sunt. Quòd si illarum usus sexagenarij licitus est, etiam ouorum erit & lacticiorū, vt communiter Doctores obseruant, quia multò id minus est, & cui licet plus, licet & quòd minus est, vt est regula iuris in 6. scilicet in eodem genere, vt dictum aliàs.

Que alioquin sentibus incongrua.

Probatio alia ex quorumdam sententia de anno 55. in quo cessat ieiunij obligatio.

Sexagenarij reseruat carnis licentiam non admittenda sententia.

Peritis in suâ arte vt credendum.

260 Aliunde etiam id probari potest, ex quorumdam scilicet sententia asserentium post annum quinquagesimum quintum legem ieiunij non obligare, vt testatur Victorellus ad Caput 4. Lib. 6. summæ Cardinalis Toleri §. Senes. Et apud Angelum v. Ieiunium, num. 15. Iuxta quam doctrinam, quæ non videtur probabilitate carere, eò quòd iam natura in eâ ætate non parum debilitatis contraxerit, cui oporteat per aliquot cibi non exiguas portiones subueniri. Iuxta illam inquam sexagenarij plus est aliquid concedendum maiore debilitate laborantibus, & inuoluntatis periculo admodum vicinis, vt paulò superius dicebamus. Cum ergo carnes illis concedendæ non sint, videtur consequens vt oua & lacticia concedantur: non ergo pro eorum usu necessaria erit Bulla.

261 Verum quod ad sententiam Doctoris Peromati spectat, illa non videtur admittenda, quia contra omnes Doctores militat, & citatus Remigius dum eam non omnino improbabilem reputat, aliquomodo improbabilem esse eo ipso profitetur, qui & nimis laxam eam vocat, & ita addit non esse à communi Doctorum sententiâ recedendum. Licet ergo Peromatus in suâ arte peritissimus fuerit, & medicis in arte peritis credendum sit, vt habetur in Cap. Significati, 2. de homicidio, & Doctores generaliter notant in aliarum artium peritis, pro quo videri potest Barboſa in Colleſtaneis ad citatum Caput: non spectat tamen ad illos de obligatione, aut obligationis cessatione definitiuam sententiam pronuntiare, quia res hæc sacra est, & ad superius tribunal spectat: vnde quidquid illi dixerint, si Theologorum iudicium ex aduerso stet obligationem legis agnoscendum, non est ab illâ recedendum. Pro quo videri potest P. Azor Tomo 1. lib. 7. cap. 18. §. Quarto quaritur. Ecclesia enim præcipere aliquid

potest cum aliquali valetudinis detrimento, vt constat ex ieiunio quadragesimæ. Quis enim dubitet illud tale non esse, in quo caro per abstinentiam atteritur: id quod Ecclesia ipsa, quæ tale præceptum imponit, in diuinis officijs recognoscit, vt cum loco quodam ait: Vt qui per abstinentiam macerantur in corpore. Et alibi: Que se carnis maceratione castigat. Vnde est communis resolutio Doctorum non quamlibet debilitatem & fatigationem corporis ab obligatione ieiunij excusare. Pro quo videndus P. Thomas Sanctius Lib. 5. Conciliorum, Cap. 1. dub. 14. num. 1. Vbi sic ex omnium sententia scribit: Non quæcumque infirmitas, P. Thomas aut quicumque dolor capitis excusat, sed si indium est arbitrio boni viri, vel medici. Sic ille: cum ergo non quodlibet valetudinis detrimento à lege ieiunij excuset, poterit Ecclesia sexagenarios obligare, etsi ea sequantur incommoda, quæ superius sumus profecuti, quidquid circa illa Medici iudicant. Vt autem non solum possit, sed etiam re ipsa ita velit, argumentum validissimum ex Doctorum omnium attestacione desumitur, contra quos temerarium fuerit opinari, vt est communis Theologorum vox.

Non obstat inuoluntatis ne aliqua ieiunij ab Ecclesia posse præscribi.

Non quamlibet infirmitas excusare.

Quomodo leuis causa sexagenarij ad esum carnis sufficiat.

Dispensationem ad Confessarium, & non ad Prælatum peruenire.

Sententia de habentibus 55. annos reprobatâ, generaliter loquendo.

262 Addit Remigius sufficere sexagenario aliqualem causam habere, ad contedendum illi carnis esum: sicut timorati omnes, & bona conscientia viri hæcenus censuere. Et hoc quidem ille absolute profert, etiam si talis Bullam non sumat. Ex quo habenti Bullam causam leuiorem sufficere; aliàs illa nihil concedit. Et quidem cum in alijs eximios quosdam fauores Bulla contineat; non est credendum circa hoc, speciale nihil indulgere. Pro iis autem qui in Indijs degunt, minor adhuc causa est sufficiens, quia alimenta debiliora sunt, & consequenter natura debilior, vnde facilius cum talibus potest dispensari. Et dispensatio quidem ad Prælatum non spectat, sed ad Confessarium post consultationem Medici: sic enim Bulla præscribit. Sufficiet autem Medicum damnium imminens attestari: quod si graue sit, certum est dispensatione opus non esse: poterit autem esse necessitas Prælatum adeundi, vt sciat quid Medicus dixerit, ne, si eo inscio fiat, contra subditum sic operantem indignetur. Si autem damnium leue esse dicat, & suo iudicio non sufficiens ad esum carnis, nihilominus Confessarius dispensare poterit, quia ad talem dispensationem leuis, vt diximus, causa sufficit, quæ scilicet aliàs sufficiens non esset: vnde seruatur quod Pontifex iubet; Medici inquam corporalis & spiritualis Concilium adhiberi.

263 Iuxta quæ constat sexagenarios non esse ob præfatum titulum à lege prohibente ouorum & lacticiorū usum exemptos. Idem autem esse non obstante fundamento alio de exemptione ob ætatem 55. annorum, ex dictis etiam colligi potest; quia nullus Doctor eos propter senectutem etiam procedentem vsque ad sexagesimum excusat, & Ecclesia potest eos, nisi specialem aliquam debilitatem sentiant, ad abstinentiam dictam obligare, sicut circa esum carnis. Opinio autem de excusatione quinquagenarij cum auctario quinque annorum, absolute loquendo non est admittenda, quia eam Doctores communiter reprobant, & qui plus fauent, non parum se præ-